# INCIPIT PRAEFATIO

# EVANGELIU SECUND

# IOHANNEM

HIC E͞E IOHANNES
EUANGELISTA
UNUS EX DISCIPU
LIS D͞I QUI UIRGO
ELECTUS A D͞O EST
QUEM DE NUPTIIS
UOLENTE͞M NUBERE
UOCAUIT D͞S CUIUS
UIRGINITATIS IN
hoc duplex testimonium in euangelio datur · quod et praecete
ris dilectus a dō dicitur · et huic matrem suam pendens in cruce
commendauit d͞s ut uirginem uirgo seruaret · Deniq; mani
festans in euangelio quod erat ipse incorruptibilis uerbi ·
Opus inchoans solus uerbum caro factum e͞e · nec lumen
a tenebris comprachensum fuisse testatur · Primum signū
ponens quod in nuptiis fecit d͞s · Ostendens quod ipse erat le
gentib; demonstraret · Quod ubi dn̄s inuitatus deficere nup
tiarum uinum debeat ac ueteribus inmutatis noua omnia
quae a xp͞o insitauuntur appareant · Hoc autem euangeliū
scripsit in asia posteaquam pathmos insula apocalypsin
scripserat ut cui in principio canonis incorruptibile prin
cipium in genesi · Incorruptibilis finis per uirginem in apo
calypsin redderetur · Dicente xp͞o ego sum Α et ω · et hic est
iohannes qui sciens superuenisse diem recessus sui · Conuoca
tis discipulis suis in epheso per multa signorum experimenta
promens xp͞m · descendens in defossum sepulturae suae
locum facta oratione positus ad patres suos tam extraneus
a dolore mortis quam a corruptione carnis inuenitur
alienus · Tamen post omnes euangelium scripsit · et hoc
uirgini debeatur · Quorum tamen scriptorum temporis
dispositio uel librorum ordinatio · Ideo per singula a nobis
non exponitur ut sciendi desiderio collocata · et quaeren
tibus fructus laboris et dō magisterii doctrina
seruetur ·

EXPLICIT PRAEFATIO ·

INCIPIUNT CAPIT

I Ubi iohannes testimonium perhib
II Ubi iterum dicit ecce agnus d͞i qui
III Ubi duo discipuli iohannis secuti
IIII Ubi ih͞s aquā in uinum fecit ·
V Ubi uendentes et ementes templ
VI De nicodimi conuersione ·
VII Ubi iohannes baptizat ac dicit
VIII De muliere samaritana ·
VIIII Ubi dn̄s dicit prophetam sine h
regulis saluat ·
X De bethsaida piscina infirmū q;
annorum curatum ·
XI De quinq; panib; signum ·
XII Ih͞s ambulabat sup mare ac dicit
ut faciā uoluntatē eius qui me
XIII Ubi dicente dn̄o ego sum panis uiu
uiuet propter me multi disc
abierunt retro ·
XIIII Ubi fratres dn̄i dicunt ei uadae
XV Ubi in die magno festiuitatis clam
quis sitit ueniat et bibat ·
XVI De muliere in adulterio dep̄hen
XVII Ubi dn̄s dicit ego sū lux mundi eg
XVIII De caeco nato inluminato ·
XVIIII Ubi dicit ego sū pastor bonus ·
XX Ubi ih͞u iudaeis dicitur · si tu es xp͞s
XXI De lazaro resuscitato ·
XXII Ubi maria pedes dn̄i ungit ·
XXIII Ubi accipientes ramos palmaru
et ubi dicit anima mea turba
XXIIII Ubi dicit cū tanta signa fecisset n̄o
qui credit in me credit in eū qu
XXV De caena dn̄i et pedū lauatione ·
XXVI Ubi monet ut se diligant de petri
XXVII Ubi dn̄s dicit si diligatis me mand
patrem et aliū paraclitū dab
XXVIII Ubi pacē suā discipulis reliquit ·
XXVIIII Ubi dicit ego sū uitis uera et patē
XXX Ubi dicit dn̄s cū uenerit paracl
XXXI De cōmendatione discipulorum
XXXII Pater scē serua eos in nomine t
quos dedisti mihi ·
XXXIII Ubi dn̄s ad annam dicitur ·
XXXIIII Passio dn̄i ·
XXXV Ubi dn̄s resurgens ianuis claus
Item post dies octo similiter
piscantib; apostolis se p̄buit ac
pasce oues meas ·

Rabanus de origine rerum

…n digna factis recipimus. hic
…m. Dne memento mei cum ue
…men dico tibi hodie mecū eris
…sa.
…rā usq; in horā nonam et obs
…manus tuas commendo spm meū.
…ficauit dm̄ dicens. Uere hic
…ad spectaculum istud et uide
…sua reuertebantur. stabant
…secutae erant eū a galilea haec
…ir bonus et iustus. hic non consen
…a ciuitate iudeae qui expecta
…m et petiit corpus ihū.
…n in monumento exciso in quo
…escebat. subsecutae autē mulieres
cccxxi VIIII ccxxi …umtū et queadmodum positus
…ae et sabb quidē siluer̄ secd mandatū.
…monumentū portantes quae pa
cccxli X …tū a monumento et ingressae
…dum mente consternatae essent
…efulgenti.
…um in terrā. Dixer̄ ad illas.
…ē. hic sed surrexit. Recorda
…galilea eēt. dicens. quia oportet
…catorū et crucifigi et die tertia
…rum eius.
…a illis undeci et ceteris omnib;
…maria iacobi et ceterae quae cū
… Et uisa sunt ante illos sicut deli
…etrus autē surgens cucurrit
…amina sola posita. Et abiit secū
…q erat in spatio stadiorū sexa
…oquebantur ad inuicem de his
…fabularentur et secū quaererent
…li autē illorū tenebantur ne eū
…rmones quos confertis ad inuicē.
…s unus cui nomen cleopas. Dixer̄.
…nouisti quae facta s̄ in illa his dieb;
…areno qui fuit uir propheta po
…pulo. Et quomodo tradider̄ eū
…ionē mortis et crucifixer̄ eū.

se etiam uisionem angelorum uidisse qui dicunt eū uiuere. Et abierunt
quidā ex nris ad monumentum et ita inuenerunt sicut mulieres dixer̄.
Ipsū uero non uider̄. Et ipse dix̄ ad eos. O stulti et tardi corde ad creden
dū in omnib; quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati xpm
et ita intrare in gloriam suā. Et incipiens a moyse et omnib; prophetis
int̄ptabatur illis in omnib; scripturis quae de ipso erant. Et adpropin
quauer̄ castello quo ibant et ipse se finxit longius ire. Et coeger̄ illum
dicentes. Mane nobiscum qnm̄ aduesperascit et inclinata ē iam dies. Et
intrauit cū illis et factū ē dum recūberet cū illis. accepit panē et benedix
et fregit et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorū et cognouer̄ eum
et ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixer̄ ad inuicem. Nonne cor nrm̄
ardens erat in nobis dum loqueretur in uia et aperiret nobis scriptu
ras. Et surgentes eadem hora regressi sunt in hierusalē. et inuener̄
congregatos undecim. et eos qui cum ipsis erant dicentes qd̄ surrex̄ dns
uere et apparuit simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in uia. Et
quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum haec autē loquuntur.
Ihs stetit in medio eorum et dicit illis. Pax uobis. Ego sum nolite timere.
Conturbati uero et conterriti existimabant se spm̄ uidere. Et dixit eis.
Quid turbati estis et cogitationes ascendunt in corda urā. Uidete manus
meas et pedes quia ipse ego sum. Palpate et uidete quia sps̄ carnē et ossa
non habet sicut me uidetis habere. Et cū hoc dixisset ostendit eis manus et pedes.
Adhuc autem illis non credentibus et mirantib; prae gaudio dixit.
habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partē
piscis assi et fauum mellis. Et cum manducasset coram eis sumens
reliquias dedit eis.
Et dixit ad eos. haec s̄ū uerba quae locutus sum ad uos. adhuc essem uobiscū
qnm̄ necesse ē impleri omnia quae scripta sunt in lege moysi et pro
phetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intellegerent
scripturas. Et dixit eis. Qnm̄ sic scriptum ē et sic oportebat xpm pati
et resurgere a mortuis die tertia. et praedicari in nomine eius
paenitentiam. et remissionem peccatorum in omnes gentes incipi
entibus ab hierusolima. Uos autem estis testes horum. Et ego mittā
promissum patris mei in uos. Uos autem sedete in ciuitate quoadusq;
induamini uirtutem ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniā.
et eleuatis manib; suis benedixit eis. Et factum ē. dum benediceret
illis recessit ab eis et ferebatur in caelum. et ipsi adorantes regres
si sunt in hierusalem cum gaudio magno. et erant semper in tēplo
laudantes et benedicentes dm̄.

EXPLICIT

EUANGELIUM

SECUNDUM

Codex monasterii sancti maximini archiepiscopi prope Treveris

10 H

scariothes.
Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.
Et quia a deo exivit et ad deum vadit. surgit a cena et ponit vestimenta sua.
et cum accepisset linteum praecinxit se. deinde misit aquam in pelvem et coe
pit lavare pedes discipulorum. et extergere linteo quo erat praecinctus.
Venit ergo ad simonem petrum. Et dicit ei petrus. Domine tu mihi lavas pedes.
Respondit ihesus et dicit ei. Quod ego facio tu nescis modo scies autem postea.
Dicit ei petrus. Non lavabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei ihesus. Si non
lavero te non habebis partem mecum. Dicit ei simon petrus. Domine non tan
tum pedes meos sed et manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est non indiget
nisi pedes ut lavet sed est mundus totus. Et vos mundi estis sed non omnes.
sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit non estis mun
di omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum et accepit vestimenta sua.
cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis.
Vos vocatis me magister et domine et bene dicitis. sum etenim.
Si ergo lavi ego lavi vestros pedes dominus et magister et vos debetis alter alterius
lavare pedes. Exemplum dedi vobis ut quemadmodum ego feci vobis ita et vos
faciatis.
Amen amen dico vobis non est servus maior domino suo neque apostolus maior
eo qui misit illum.
Si haec scitis beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos
elegerim. sed ut impleatur scriptura qui manducat mecum panem levabit
contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquam fiat ut credatis cum
factum fuerit quia ego sum.
Amen amen dico vobis qui accipit si quem misero me accipit. Qui autem me accipit
accipit eum qui me misit.
Cum haec dixisset ihesus turbatus est spiritu et protestatus est et dixit. Amen amen
dico vobis quia unus ex vobis tradet me.
Aspiciebant ergo ad invicem discipuli haesitantes de quo diceret.
Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu ihesu quem diligebat ihesus.
Innuit ergo huic simon petrus et dicit ei. Quis est de quo dicit. Itaque cum recu
buisset ille supra pectus ihesu dicit ei. Domine quis est. Respondit ihesus. Ille est cui
ego intinctum panem porrexero.
Et cum intinxisset panem dedit iudae simonis scariothi. Et post buccellam
tunc introivit in illum satanas.
Dicit ei ihesus. Quod facis fac citius. hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid
dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat iudas quod dicit ei
ihesus eme ea quae opus sunt nobis ad diem festum aut egenis ut aliquid daret.
Cum ergo accepisset ille buccellam exivit continuo ...

XIIII
Non turbetur cor vestrum. creditis in deum et in me credite. In domo patris
mei mansiones multae sunt. si quominus dixissem vobis quia vado parare
vobis locum. et si abiero et praeparavero vobis locum iterum venio. et accipiam
vos ad me ipsum ut ubi sum ego et vos sitis. et quo ego vado scitis et viam scitis.
Dicit ei thomas. Domine nescimus quo vadis et quomodo possumus viam
scire. Dicit ei ihesus. Ego sum via et veritas et vita. nemo venit ad patrem nisi
per me. si cognovissetis me et patrem meum utique cognovissetis. Et amodo
cognoscetis eum et vidistis eum. Dicit ei philippus. Domine ostende nobis pa
trem et sufficit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore vobiscum sum et non cogno
vistis me. Philippe qui vidit me videt et patrem. Quomodo tu dicis
ostende nobis patrem. non creditis quia ego in patre et pater in me est.
Verba quae ego loquor vobis a me ipso non loquor. Pater autem in me ma
nens ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre et pater in me est.
Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis qui credit
in me opera quae ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet quia ego
ad patrem vado.
Et quodcumque petieritis in nomine meo hoc faciam ut clarificetur pater
in filio. si quid petieritis me in nomine meo hoc faciam.
SI DILIGITIS ME MANDATA MEA SERVATE ET EGO
rogabo patrem et alium paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in
aeternum spiritum veritatis quem mundus non potest accipere quia non vi
det eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum quia apud vos manebit et
in vobis erit. Non relinquam vos orfanos venio ad vos. Adhuc mo
dicum et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me quia ego vivo et
vos vivetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo et vos in me
et ego in vobis. Qui habet mandata mea et servat ea ille est qui diligit me.
Qui autem diligit me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifesta
bo ei me ipsum. Dicit ei iudas non ille scariothes. Domine quid factum est quia
nobis manifestaturus es te ipsum et non mundo. Respondit ihesus et dixit ei.
Si quis diligit me sermonem meum servabit. et pater meus diliget eum.
et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit
me sermones meos non servat.
Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me patris.
Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet
pater in nomine meo ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quae
cumque dixero vobis.
PACEM RELINQUO VOBIS PACEM MEAM DO VOBIS.
Non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur cor vestrum
neque formidet ...